


Commemorationes communes, sive ~ suffragia Sanctorum ad vesperas.

From BSB 2 Mus.pr.23,beib.1.

De S. Maria.

edited by Andreas Stenberg



Sanc - ta Ma - rí - a suc - cúr - re mí - seris, ju - va
pu - sil - lá - ni - mes, ré - fo - ve flé - biles, o - ra pro pó - pu - lo,
in - tér - ve - ni pro cle - ro, inter - cé - de pro de - vó - to fe -
mi - ne - o sexu: sén - tiant omnes tuum ju - vá - men, qui -
cúm - que cé - lebrant tu - am sanc - tam com - me - mo - ra - tió - nem.

Ÿ. Ora pro nobis sancta Dei Génitrix.

Ŕ. Ut digni efficiámur promissionibus Christi.

Oratio propria

[Orémus.]

[Concede nos famulos tuos, quæsumus domine deus, per tua mentis, & corporis sanitate gaudere, & gloriosa beatæ Mariæ semper virginis intercessione: a presenti liberari tristia, & æterna perfrui lætitia. Per dominum.]

[*Ŕ.* Amen.]

Post Nativitate*

Ÿ. Post partum Virgo invioláta permansísti.

Ŕ. Dei Génitrix intercède pro nobis.

[Orémus.]

[Deus, qui salutis æternæ, beátæ Mariæ virginitate fecúnda, humano géneri præmia præstitísti: tríbue, quæsumus; ut ipsam pro nobis intercédere sentiámus, per quam merúimus auctórem vitæ suscipere, Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Per dominum.]

[*Ŕ.* Amen.]

*) Added in the M.s. in smaller script by an other hand.

De S. Michaële.

Princeps glo-ri-o sis-si - me Mi-cha - ël arch - an - ge -
 - le, e - sto me - mor nos - tri hic et u -
 bi - que, sem - per pre ca - re pro no - bis fi - lium
 De - i.

V. In conspectu Angelorum psallam tibi Deus meus.

R. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo.

Oratio propria

[Orémus.]

[Deus, qui miro ordine angelorum ministria, hominumque dispensas, concede propitius: ut quibus tibi ministrantibus in cælo semper assistitur: ab his in terra vita nostra muniantur. Per dominum.]

[**R.** Amen.]

De Apostolis.

Pe - trus A - pó - stolus, et Pau-lus Doc-tor Gén-tium,
 ipsi nos docu-é - runt legem tuam Dó-mi-ne.

Ÿ. Constitues eos principes super omnem terram.

Ř. Memores erunt noministui Domine.

Oratio propria

[Oratio]


[Orémus.]

[Deus, cujus dēxtera beátum Petrum ambulántem in flúctibus, ne merge-rétur, eréxit, et coapóstolum ejus Pau-lum tértio naufragántem de profúndo pélagi liberávit: exáudi nos propítius, et concéde; ut ambórum méritis, æternitá-tis glóriam consequámur.]

[Ř. Amen.]

De S. Ignato [Confessoriis].

(Ignatius de Loyola, feast day 31 july)



Hic vir despi-ciens mun-dum, et ter-rena, triumphans
divitias cæ-lo con-di-dit o-re, manu.

Ÿ. Iustum deduxit Dominus per vias rectas.

Ř. Et ostendit illi regnum Dei.

[Oratio]


[Orémus.]

[Deus, qui ad majórem tui nóminis glóriam propagándam, novo per beátum Ignátium subsídio militántem Ecclésiam roborásti: concéde; ut, ejus auxílio et imitatióne certántes in terris, coronári cum ipso mereámur in cælis.]

[Ř. Amen.]

Oratio &

Pro pace.



Da pacem Dómi-ne in di-é-bus nostris, qui-a non est
áli-us, qui pugnet pro nobis, nisi tu De-us noster.

Ÿ. Fiat pax in virtúte tua.

Ṛ. Et abundántia in túrribus tuis.

[Oratio]

[Orémus.]

[Deus, a quo sancta desidéria, recta consília, et justa sunt ópera: da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem; ut et corda nostra mandátis tuis dédita, et hóstium subláta formídine, témpora sint tua protectióne tranquílla. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.]

[Ṛ. Amen.]